



COLECCION

DE

DOCUMENTOS INEDITOS DEL ARCHIVO GENERAL

DE LA

CORONA DE ARAGON,

PUBLICADA DE REAL ÓRDEN

POR

SU ARCHIVERO,

D. Manuel de Bofarull y de Sartorio.

TOMO XXVIII.


TECA NAZIONALE
ROMA

OPÚSCULOS INÉDITOS

DEL

CRONISTA CATALAN

PEDRO MIGUEL CARBONELL,

Ilustrados y precedidos de su biografía documentada

POR

D. MANUEL DE BOFARULL Y DE SARTORIO,

ARCHIVERO DEL GENERAL DE LA CORONA DE ARAGON, SOCIO CORRESPONDIENTE DE LA REAL ACADEMIA DE LA HISTORIA, DE NÚMERO DE LA DE BUENAS LETRAS DE BARCELONA Y DE OTRAS CORPORACIONES LITERARIAS.

Tomo II.







BARCELONA.

EN LA IMPRENTA DEL ARCHIVO.

1865.



Juramentum (1).

Forma del jurament prestat per lo reverend e magnifichs deputats del General del Principat de Catalunya e per los magnifichs consellers de la present ciutat de Barcelona (2) al reverend mestre Alfonso Spina del orde de Sant Domingo mestre en Sacra theologia Inquisidor de la heretica pravitat en la dita ciutat e bisbat de Barcelona (3) stants tots dins la Seu de la dita

---

(1) Véase la advertencia final del tomo XXVII.

(2) Alii quinque Consiliarii civitatis Barcinonæ hoc anno creati preinsertum juramentum prestiterunt die dominico XVI mensis decembris anno predicto MCCCCLXXXVII in manibus et potestate predicti magistri Alfonsi Spina alterius ex inquisitoribus predictis in quadam cathedra ante altare maius Ecclesiæ monasterii Sanctæ Cbatherinæ predictæ civitatis personaliter existentia.

(3) Hic magister Alfonsus Spina fuit creatus in mense novembris huius anni MCCCCLXXXVII Vicarius in spiritualibus reverendi domini Barcinonensis Episcopi. Et sic ipse reverendus magister in huiusmodi inquisitione procedit utroque nomine scilicet inquisitoria et vicarii. Deus dirigat eum et faciat in hac sancta inquisitione procedere juste et sancte ad augmentum et defensionem fidei catholicæ sine qua placere Deo nequimus.

ciutat devant laltar maior divendres a XX de juliol any MCCCCLXXXVII.

Com a feels e bons christians a nostre Senyor Deu volents servar e favorir la Sancta fe catholica promettem e juram a nostre Senyor Deu e als Sancts quattre evangelis per nos corporalment tocats e a vos reverend pare inquisidor que feelment e ab tota efficacia per servar aquella la Esglesia e a vos pare inquisidor offici e ministres vostres e exercici daquell maiorment si per vos o part vostra serem requests contra los heretges credents receptors defensors e fautors daquells defendrem e aiudarem en bona fe segons nostre offici e poder. E que de les terres a nostra jurisdiccio sotsmeses tots qualsevol heretges per la Esglesia o per vos denotats en bona fe e per totes nostres forçes exterminarem foragitarem e precisament attendrem e inviolablement servarem e farem per nostres subdits observar tot lo temps de nostre regiment en les terres de nostra jurisdictio subjectes les constitutions e decretals *ad abolendam et excomunicamus* e la constitutio o capitol qui comense *ut officium Inquisitionis* e lo altre començant *ut inquisitionis negotium* e les coses contengudes en aquelles e cascuna delles en quant toca nostre offici e totes altres constitucions contra los heretges credents receptors defensors e fautors fills e nets daquells per la Sancta Seu apostolica promulgades e aprovades. E axins aiut nostre Senyor Deu e los Sancts quatre Evangelis.

Pensio assignata Inquisitori hereticæ pravitatis.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valentiæ Majoricarum Sardiniæ et Corsieæ Comesque Barcinonæ Roscilionis et Ceritaniæ. Quia officium Inquisitionis hereticæ pravitatis in Regnis et terris nostris quod reverendus in Christo pater frater Nicolaus divina providentia sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis regere consuevit fuit commissum vobis religioso et dilecto nostro fratri Joanni Gomir de ordine prædicatorum. Ideo volentes vos eandem seu similem pensionem a nobis habere quam dictus frater Nicolaus ac alii præteriti inquisitores habere consueverunt pro inquisitionis honerihus supportandis tenore presentis constituimus et assignamus vobis super pecunia Thesaurariæ nostræ Centum libras Barcinonenses per vos habendas et recipiendas annis singulis quamdiu officium Inquisitionis exercebitis supradictum. Mandantes per hanc eandem Thesaurario nostro presenti et qui pro tempore fuerit quatenus de pecunia Curiæ nostræ quæ est vel erit penes eum tribuat et solvat vobis aut cui loco vestri volueritis dictas centum libras anno quolibet dum officium inquisitionis tenebitis memoratum et recuperet a vobis in qualibet solutione apocam in qua huius series inseratur. Et ulterius promittimus vobis quod quamcitius commode poterimus assignabimus vobis in loco tuto dictas centum libras ad finem quod eas annuatim absque morosis solutionibus habere in-

dubie valeatis. Datum Cesarauguste VI die februarii anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo. Visa Ro.

Pensio assignata Inquisitori hereticæ pravitatis.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum etc. (ut supra) Dilecto Consiliario et Thesaurario nostro Bernardo de Ulzinellis Militi legumque doctori salutem et dilectionem. Cum nos religioso dilecto que Consiliario nostro fratri Bernardo Ermengaudi in sacra pagina professori et inquisitori hereticæ pravitatis una cum religioso fratre Ferrario de Curtibus ordinis predicatorum in cismarinis partibus nostri dominii ac in Regno Sardiniæ et Corsicæ et in solidum deputato Centum libras Barcinonenses annis singulis dum officium dictæ inquisitionis tenuerit in aliquale auxilium expensarum per ipsum fiendarum circa exercitium inquisitionis prædictæ graciose ut moris est concedendas duxerimus cum presenti. Ea propter vobis dicimus et mandamus quatenus de pecunia Curiæ nostræ que est vel erit penes vos dictas centum libras jamdic'o fratri Bernardo vel cui loco sui voluerit annis singulis quam dictum officium tenuerit exsolvatis recuperando ab ipso in qualibet solutione quam sibi feceritis pro prædictis apocam de soluto in qua expressa fiat mentio de presenti. Datum Barcinonæ secunda die octobris anno a

nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo. Visa Ro.

Dies processionis.

Nota quod die veneris XIIII mensis decembris anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo octogesimo septimo iussu prædicti magistri Alfonsi Spina qui in his procedit non modo ut iuquisitor præfatus sed etiam ut Vicarius in spiritualibus reverendi domini Barcinonensis Episcopi nec non jussu alterius consocii sui inquisitoris hereticæ pravitatis cuius nomen est Sanccius Marinus decretorum doctor Regni Aragonum solemni cum processione cruce Ecclesie Barcinonensis et uno magno crucifixo in primis erectis homines tam mares quam mulieres numero quinquaginta in crimine hereticæ pravitatis depræhensi quod confessi fuerant recedendo ab Ecclesia Monasterii Sanctæ Catherinæ Barcinonensis iter processionis fieri assuetæ festo de corporis Christi lachrymis ora vigentes arripuerunt. Et facta prædicta processione prædictus magister Alfonsus Inquisitor et Vicarius eisdem penitentibus prædicare de fide catholica et eorum erroribus in medio prædictæ Ecclesiæ Barcinonensis cæpit et cum penitentia eis injuncta et aliis solemnitatibus et verbis his accommodatis et necessariis ac in similibus assuetis sermonem suum peregit.

Accipe nomina omnium tam marium quam femina-

rum qui de eorum delictis hæreticam pravitatem sapientibus confessi fuere et processionem supra sciptam personaliter sequebantur. (1)

Antonius Far sartor sive caligarius.
Andreas Amoros pellarius sive veteramentarius.
Balthasar Foguet barbitonsor.
Bernardus Rabacer revenditor.
Franciscus Guordiola textor velorum.
Franciscus Requesens drogarius.
Gabriol Luncs pellarius sive....
Gaspar Badia mercator.
(2) ✠ Gaspar Vilanova juponarius.
Galcerandus Colomer pellarius.
Galcerandus Tagamanent.
Joannes Valls pellarius sive veteramentarius.
Joannes Malarts tintorarius.
Laurentius Costa juponarius.
Lodovicus de Sivilla juponarius.
Lodovicus Baldufer birretarius.
Manuel Olivarius.
Arnaldus Huguet portarius.
Paulus Falco pellarius.
Paulus Aymericus textor velorum.

---

(1) Hi qui sequuntur fuerunt reconsiliati gremio Sanctæ matris Ecclesiæ eo quia confessi fuerant tempore gratiæ.

(2) Hic scripti cruce signati processionem non secuti fuere alii vero numerum quinquagesimum unum non excedunt.

Petrus Mestres pellarius sive veteramentarius.

✠ Thomas Sanctus-Georgius pelliparius.

Ramundus Scales.

Angelina uxor Gabrielis Montbru barbitonsoris.

Narcisa vidua uxor Laurentii Costa quondam.

Euphrosyna Malarts uxor Joannis Malarts tintorerii.

Alduncia uxor Jacobi Castello quondam pellarii.

Brianda uxor Manuelis Olivarii mercatoris.

Brigida uxor Bartholomei Requesens drogarii.

Blanquina uxor Petri Serria pellarii.

Blanquina uxor Jacobi de Casafranca Regii Scribæ.

Clara uxor Bernardi Bernich coralarii.

Clara uxor Francisci Requesens drogarii.

Chatherina uxor Pauli Falco.

Elionor uxor Pauli Olivarii mercatoris.

Elionor uxor Gabrielis Lunes pellarii.

Eulalia uxor Bernardi Beget de Scribania domini Regis.

Elionor uxor Bernardi Cardona revenditoris.

Elionor uxor Arnaldi Huguet Regii portarii.

Elionor uxor Joannis Valls pellarii.

Elionor uxor Francisci Guardiola textoris velorum.

Eulalia uxor Galcerandi de Tagamanent.

Francina Rossell uxor Francisci Rossell pellarii.

Francina uxor Petri Sart juponarii.

Isabel uxor Joannis Rodrigues mercatoris.

Isabel uxor Galcerandi Colomer pellarii.

Isabel uxor Lodovici de Sivilla juponarii.

Isabel vidua uxor Stephani Valls quondam veteramentarii.

✠ Joanna Costa uxor Laurentii Costa tintorarii.
Joanna uxor Joannis Castello pallarii.
Violans Amorosa uxor Joannis Cabrit juponarii.
Violans uxor Petri Maestres pellarii.
Violans vidua uxor Raphaelis Avinyo quondam curritoris auris.

Die festo conversionis Sancti Pauli processus inquisitionum contra hereticos publicati fuere ut sequitur.

Inquisitores hereticæ pravitatis memorati peractis inquisitionum processibus adversus hos quatuor neophitos nuncupatos scilicet Joannem Trullols Joannem Sanctafe Franciscam vulgo Francoya uxor que primo fuit cuiusdam cognomento Ripoll ultimo vero Joannis Gil et Gabrielam Buçota uxor Petri Buçot et etiam adversus alios neophitos infrascriptos in fugam existentes et accersitis prius ad ipsos processus recognoscendos et examinandos decem doctoribus scilicet quinque in Sacra pagina magistris et quinque in jure canonico professoribus in hac urbe Barcinona vitam agentibus habitisque consilio et votis unius cuiusque ipsorum decem doctorum processerunt ad fieri facienda bina cadafalia in platea Regis eiusdem urbis coram Ecclesia palatii maioris Regii scilicet unum pro predictis inquisitoribus et eorum ministris et servitoribus alterum vero pro predictis hereticis et decem statuis illarum personarum ex prosaica judeorum ortum trahentium quæ fugam arripuere. Quæ quidem statuæ representabant duodecim neophitos in crimine heresis deprehensos quorum nomina sunt hæc Joannes Sant

Jordi et eius uxor Joannes Ram et eius uxor Gabriel Sauri et eius uxor Gabriel Arguens et eius uxor Bartholomeus Rodrigues Petrus Benet et eius uxor ac Franciscus Scales. Et quarum statuarum erant aliquæ cum duabus faciebus una a parte ante altera a parte post significantes duos scilicet virum et uxorem in una factisque predictis cadafalibus et adveniente die festo conversionis Sancti Pauli apostoli domini nostri Jesu-Christi quo computabatur XXV dies januarii anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo octogesimo octavo et extractis a carceribus predictis quatuor hereticis et in altero ex predictis cadafalibus inter prædictas statuas positis et collocatis ipso quidem die festo Sancti Pauli et ibidem palam et publice perlectis processibus predictis et quodam egregio sermone de fide catholica et ut in eadem mori cuperent jam eis facto tradiderunt eos curiæ sæculari sic pro hereticis habitos. Et confestim jussu ipsius curiæ sæcularis officiales et sagiones capere eos curarunt et cathenis in collo predictorum quatuor hereticorum et IIII Christi crucifixi imaginibus coram eis positis adduxerunt eos cum magna hominum processione comburendos ad locum destinatum situm in litore maris extra portale Sancti Danielis huius urbis Barcinonæ vulgo nuncupatum lo Canyet et ibidem confessione facta de eorum delictus ocyus suffocati fuere cum dicerent se in Christi fide mori velle. Tandem animabus ab eorum corporibus separatis incontinenti predicti sagiones ea corpora una cum predictis decem statuis igni et flammis supposuerunt quorum animæ in pace semper requies-

cant si in Christi fide ut prædicitur ab hoc sæculo migrarunt.

Alio die scilicet XXII februarii anno predicto festo cathedræ Sancti Petri fuit facta alia publicatio adversus IIII hereticos hic descriptos in hunc qui sequitur modum.

Accersitis jam diebus proxime dimissis ut in proxima publicatione plerisque in sacra pagina magistris et jure canonico professoribus pro recognoscendis et examinandis inquisitionis hereticæ pravitatis processibus peractis adversus Joannem Conques Joannem Bardaxi Raimundum Sanctafe et Michaelem Roig Çabata tandem fuit per prefatos inquisitores conclusum declaratum sententiatum et pronuntiatum ut hi quatuor quos memoravimus in cadafali facto in ecclesia Barciuonensi ponerentur cum supra vestibus et mitris quibus de more heretici in cadafali sic stare consueverunt eosque ad perpetualem carcerem condemnando absque scilicet misericordia Joannem Conques. Reliquos vero tres cum misericordia. Idcirco die festo cathedræ Sancti Petri qua computabatur XXII mensis februarii anno a nativitate Domini MCCCCLXXXVIII existentibus prædictis quatuor condemnatis in Ecclesia Barcinonensi apud prædictum cadefale pereximius sermo cum aliis solemnitatibus assuetis factus est. Et missa maiore sermone et reliquis peractis ipsi condemnati carceribus mancipati fuere. Est tamen certum quod ipso eodem die predictisque condemnatis ibidem existentibus quædam mulier nuncupata Joanna Costa quæ propter invalitudinem suam die processionis supra

scriptorum in crimine hereticæ pravitatis deprehensorum in eius domo remanserat penitentiam ei iniuntam scilicet tenendo pedes cereum ardentem in manibus peregit.

Alio die scilicet festo Sanctæ Julianæ prætitulato XXIII maii anno prædicto MCCCCLXXXVIII fuit facta alia publicatio adversus tres mulieres in heretica pravitate deprehensas cuius publicationis effectus talis est.

Superioribus diebus iam examinatis et peractis inquisitionum processibus per prenominatos inquisitores hereticæ pravitatis ac in sacra pagina et jure canonico professores et prolata sententia adversus has tres mulieres scilicet Joannam Bedos Viduam uxor quæ fuit magistri Laurentii Bedos Medici Serenissimi domini Regis nunc fœliciter regnantis Joannam Carcassona viduam uxor quæ fuit Bonanati Carcassona mercatoris Violantem Bedorch uxor Petri Bedorch corallarii et etiam adversus subscriptos qui fugam arripuerunt in quorum locum statuæ XX factæ sunt. Quas mulieres et statuarum personas pro hereticis condemnatas peractisque prius cadaphallis quas vulgo cadafalla appellant apud plateam Regis ut est de more sermone et aliis cerimoniis quæ die festo Conversionis divi Apostoli ibidem factæ extiterant ut supra lacius exaratur Curiæ seculari tradiderunt et ex templo ipsius Curiæ iussu predicte mulieres una cum predictis statuis a platea memorata recesserunt et ad locum supra descriptum et modo prescripto cum magna populi multitudine accesserunt ubi easdem mulieres una cum præ-

dictis statuis confessione de earum delictis confessori prius facta et operante carnifice cum chorda in earum collis astringente (sic quod earum animæ e corporibus separatæ fuere) idem carnifex in igne ibidem incensum iacere curavit. Quarum animæ si in Christi fide e corporibus exiere in pace dormiant per sæcula cuncta.

Nomina illorum ac illarum statuas tenentium et fuerunt pro hereticis condemnati sunt hi que sequuntur.

Franciscus Vitalis filius Francisci Vitalis quondam.
Violans uxor Guillelmi Fabre curritoris auris.
Clara — Elionor horum coniugum filiæ.
Isabel Alduntia Valentina uxor Leonardi Alvaro.
Gaspar Leo corallarius et
Joanna eius uxor.
Joannes Puigmija Regius scriba et
Florentina eius uxor.
Petrus Quot botigarius et
Michaela eius uxor.
Nicolaus Calces pellarius sive veteramentarius et
Constantia eius uxor.
Francina Salmons vidua uxor quæ fuit Matthiæ Salmons quondam et
Joanna uxor Gabrielis Bellcayre.
Clara uxor Lodovici Bellcayre predictorum coniugum filiæ.
Elionor Vidua cognomento Crexells.
Isabel uxor magistri Requesens medici.
Francina uxor Gabrielis Argens.

Alduntia uxor Bernardi Jacobi.

Euphrosyna uxor Bernardi Ala quæ primo fuit uxor den Çacoma omnes filiæ prædictorum.

Matthiæ et Francinæ Salmons.

Ludovicus Darguens mercator pannarius.

Raphaela eius uxor.

Cattherina mater dicti Lodovici et quæ fuit uxor Gasparis Darguens.

Raphael Andreas et

Alduntia eius uxor.

Franciscus Prats et

Alduntia eius uxor.

Franciscus Setmenat et

Benvenguda eius uxor.

Franciscus Benet qui moram trahebat in vico dels banys nous Callis judeorum Barcinonæ.

Paulus Tholosa maior natus et

Francina eius uxor.

Joannes Vallmoll algutzirius mart sive comentariensis optior.

Elionor eius uxor.

Alduntia uxor de Capstany sororis Joannis de Sancto Georgio Regii Scribæ.

Alduncia Boscha socrus predicti Joannis de Sancto Georgio.

Joannes Sauri frater Gabrielis Sauri.

Joannes Sisa mercator.

Joannes Fortia mercator.

Publicatio novem personarum in heretica pravitate

deprehensarum facta in Ecclesia Barcinonense die scilicet veneris VIII mensis Augusti anno a nativitate Domini MCCCC octogesimo octavo.

Petrus Badorch (1) Joannes Trinxer Franciscus Garret et Petrus lo Sart cum revera hic Petrus ortus Sardinia erat et eius originem non ab stirpe Judeorum sed Christianorum natura originem traxerat cum quibus quattuor hominibus hæ sex mulieres erant Beatrix Bages vidua Oliva Barona vidua Elionor uxor Galcerandi Palou Constantia uxor Francisci Vilanova Margarita serva prædicti Petri Badorch quæ est de genere de Munt de barques die scilicet veneris VIII mensis augusti anno a nativitate Domini MCCCCLXXXVIII de mandato predicti reverendi patris fratris Alfonsi Spina Inquisitoris hereticæ pravitatis (cum alius inquisitor consocius suus peragravit et se transfretando contulit ad Balcares ubi hanc santam inquisitionem facere intendit) omnes X personæ tam masculi quam femine cadafale quod in Ecclesia Barcinonense constructum erat ascenderunt mytras ut est de more hereticorum in et super capitibus deferentes indutique erant supravestibus in quibus heretica pravitas qua defecerant depicta erat. Et ibidem peracto sermone quem quidam ordinis divi Augustini nominatus frater Raimundus Joannes emiserat prenominatus inquisitor contra cos-

(2) Hic Petrus Badorch ab carceribus fuit liberatus die sabbati XXVI marcii anno a nativitate Domini MCCCCLXXXX sic quod ex inde carceres eneat in domo sua per certum ei prefixum terminum.

dem hæreticos publicari fecit sententiam suam ubi erant scelera eorum descripta cum qua condemnavit eos ad carceres perpetuos excepto prædicto Petro de Sart qui fuit condemnatus ad carceres cum misericordia. Et sic in carceres Palatii maioris Regii reversi sunt. Si quis autem scire velit quæ Franciscus Guerret scelera perpetravit accipiat depositionem suam quam notarius predictæ inquisitionis mihi Petro Michaeli Carbonello tradidit cuius verba hæc sunt vernacula lingua. — Lo dit Guerret trobantse en casa den Pau Tholosa present lo dit Tholosa e sa muller e la muller de mestre Miro e altres stants en rahons de la Inquisitio digueren que per dones no havian sino mal e que aquesta vil bagassa de Regina nos fa anar per lo mon desterrats dients ho de la Serenissima Senyora Reyna muller del Serenissimo e potentissimo S. lo S. Rey don Ferrando huy beneventuradament regnant. A las quals rahons respos una delles e dix: Ja per amor deixa Verge Maria havem hagut prou mal e tribulations e ella era juya e es morta juya e nons devia fer mal per esser nostra parenta. Si mal viatge fassa ella e tot son linatge. A les quals rahons respos lo dit Guerret e lexaula star que mals bordells puixa ella correr dientho de la Verge Maria mare de Deu. — Et nihilominus scrimonias et festivitates judaycas ac multa nephandissima hic et omnes supradicti tam mares quam feminæ in vilipendium christianæ religionis perpetrarunt quæ non sunt dicenda neque scribenda et brevitatis causa omittere mihi libuit.

Secunda processio in urbe Barcinone.

Preterea die sabbati XVI mensis Augusti anno a nativitate Domini MCCCC octogesimo octavo cum paulo ante jam subscriptæ personæ eorum facinerosos actus ac serimonias judayeas confessæ fuerant prefato reverendo patri fratri Alfonso Spina hereticæ pravitatis inquisitori fuit facta processio cum cruce et crucifixo erectis ac modo et forma superius designatis in prima processione descripta supra nihiloque addito nihiloque remoto. Et ipsis personis ipso quidem die existentibus cum prefato inquisitore et aliis quamplurimis in Ecclesia Barchinonense et audientibus prædicationem vervi divini quam fecit venerabilis Raimundus Joannes ordinis et conventualis monasterii Sancti Augustini Barchinonæ jussu predicti inquisitoris ipsa processio regressa est ad monasterium prædicatorum Barcinonæ unde egressa fuerat. Et inde cum supervestibus seu ut vulgo dicta guarnaxiis cruce crocei coloris in unaquaque tam a parte ante quam a parte post depicta ad domum suam unaquaque recessit. Nam prædictus inquisitor penitentiam eis injunxerat quod singulæ earum per unum annum continuum ipsas supervestes palam et continue noctuque dieque portarent et singulis diebus veneris cujuslibet hebdomedæ jejunarent ac ultra prescriptam processionem duas alias processiones facerent et sequerentur cum flagellis dorsos eo-

rum verberando ut ita factum extitit et alia quæ brevitatis causa scribenda non curo. (1)

Secuntur homines reconsiliati gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ quia confessi fuerant post gratiam.

Antonius Marcus veteramentarius seu variopola vel revenditor vulgo revenador.
Augustinus Bonanatus Amoros variopola vulgo tender o paller.
Baltasar Amoros variopola.
Bartholomeus Sartre bibliopola vulgo librater.
Dominicus Clemens textor velorum.
Dalmatius Cirera variopola.
Philippus Rodes curritor auris.
Philippus Queralt coraliarius.
Franciscus Ballester textor velorum.
Galcerandus dez Far caligarius.
Gaillelmus Ballester textor velorum.
Guillelmus Claver.
Gaspar Mir veteramentarius.
Galcerandus Palou variopola.
Gabriel Foguet textor velorum.
Gabriel Sartre sabonarius.

(1) Die martis XIII mensis aprilis anno MCCCCLXXXX infrascripti deposuerunt eorum garnaxias modo et forma infra contentis.



Gabriel Castell variopola.
Guillelmus Nicolaus textor velorum.
Joannes de Conques minor natu juponarius.
Jacobus Meneseal fornarius.
Joannes Taranau marçarius.
Joannes Patau variopola.
Hieronymus Rosas caligarius.
Joannes Roger variopola.
Joannes Cirera veteramentarius.
Manuel Fagoll textor velorum.
Nicolaus Gomis coraliarius.
Narcisus Michael.
Petrus Casasages coraliarius.
Petrus Molins textor velorum.
Petrus Sanç juponarius.
Petrus Morell cotamalerius.
Ramon Sancta-fe caligarius.
Raphael Deuder drogarius.

Sequuntur feminæ reconsiliatæ gremio Sanctæ matris Ecclesiæ quia confessæ fuerant post gratiam.

Angelina uxor Gabrielis Castell variopolæ sive veteramentarii.
Angelina uxor Raimundi Sancta-fe.
Angelina uxor Antonii Far variopola.
Antonia uxor Joannis Descocia.
Angelina uxor Joannis Taranau.
Angelina vidua uxor quæ fuit Manuelis Maler (secun-

da processione quia egrota itura est.)
Angelina uxor Philippi Rodos.
Amata vidua uxor que fuit Pauli Claver.
Alduncia vidua uxor que fuit Joannis dez Far.
Agnes vidua uxor que fuit Pauli Salvat (secunda processione itura est quia ægrota.)
Angelinà Far uxor Galcerandi dez Far caligarii.
Alduncia uxor Danielis Olers.
Agnes uxor Joannis Tranxet.
Angelina uxor Petri Çabria barbitonsoris.
Angelina uxor Petri Çaragoça botigarii.
Benedicta uxor Gasparis Mir.
Benedicta uxor Joannis Conquers natu minoris.
Bartholomeva uxor Gabrielis Rabaçet sartoris.
Blanquina uxor que fuit Petri Çalom quondam magistri in artibus et medicina.
Beatrix Olers uxor Joannis Olers.
Beatrix uxor Raphaelis Deuder.
Brigida vidua uxor que fuit Petri Domenech.
Blanquina uxor Joannis Cirera.
Constancia Castanyera vidua uxor que fuit Benedicti Castanyer quondam bibliopolæ.
Clara uxor Stephani Xorcano.
Columba uxor Joannis Roger.
Columba uxor Francisci Ribelles.
Chattherina Siurana vidua que fuit uxor Francisci Şiurana.
Constancia uxor den Santos vidua.
Constancia uxor Gasparis de Mur.
Clara uxor Joannis Morell cotamalarii.

Coloma uxor que fuit Gabrielis Siurana quondam.
Clara uxor Francisci Ballester.
Damiata uxor den Sanç juponarii.
Elionor uxor Joannis Palau.
Euphrosina uxor Bartholomei Pinos cerdonis.
Elionor uxor Petri Ribelles.
Euphrosina uxor quæ fuit Pauli Mompeller quondam.
Elionor uxor quæ fuit Raphaelis Tranxet quondam.
Elionor Gomis uxor Nicolai Gomis.
Elionor uxor Raimundi Sancta-fe caligarii.
Eulalia Burguera uxor quæ fuit Petri Burguera quondam.
Elionor uxor Hieronymi Rosas caligarii.
Elionor uxor Jacobi Manescal.
Eulalia uxor quæ fuit Raphaelis Bages.
Eulalia uxor Michaelis Soquerrats.
Eulalia uxor Petri Morell minoris natu.
Eulalia uxor Francisci Soquerrats.
Francina uxor Gabrielis Foguet.
Francina uxor quæ fuit Antonii Ollers quondam.
Francina uxor Joannis Fabre botigarii.
Francina uxor Joannis Cabrera.
Francina uxor Philippi Queralt.
Francina uxor Narcissi Michaelis.
Francina uxor Joannis Ballester.
Francina Sent-Climent vidua.
Francina Çabatera vidua.
Griselda uxor quæ fuit Francisci deç Far.
Joanna uxor Joannis Sartre coraliarii.

Joanna uxor quæ fuit Joannis Gord quondam.

Joanna uxor Baltasaris Amoros.

Joanna uxor quæ fuit Manuelis Coll quondam.

Joanna Buçota quæ fuit uxor Antonii Buçot.

Joanna uxor Francisci Dosa coraliarii.

Mandina uxor Petri Casasage (in partu laborat ibit in secunda processione.)

Michaela uxor Francisci Pou sartoris.

Marquesia uxor Dalmatii Cabrit.

Raphaela uxor Petri Trullols.

Raphaela quæ fuit uxor Bernardi Cabrit quondam.

Serena uxor quæ primo fuit Gabrielis Parada quondam nunc autem est uxor Gabrielis Sartre.

Serena uxor Raimundi Bages textoris.

Salestina uxor Guillelmi Ballester quondam.

Isabel uxor Baltasaris de Font-Clara.

Violans Besaluna uxor Petri Besalu alias Bugarell.

Violans uxor Guillelmi Nicolai textoris velorum.

Violans uxor Petri Molins textor velorum.

Isabel uxor quæ fuit Benedicti Maler quondam.

Isabel Sala quæ fuit uxor Andreæ Sala quondam.

Violans uxor Bernardi Baro coraliarii.

Violans Coll quæ fuit uxor Antonii Coll quondam.

Isabel uxor Manuelis Fagoll.

Isabel vidua uxor quæ fuit Joannis Squella quondam.

Violans Fabra vidua uxor quæ fuit Francisci Fabra quondam.

Isabel Vilafranca quæ fuit uxor Joannis Vilafranca quondam.

Isabel uxor Gabrielis Portapa textoris velorum.

Memoria teneto quod die quinta mensis Augusti anno proxime dicto Joannes Mayol auri faber sive argentarius qui undecim mensibus diebus VII mancipatus carceribus hereticorum sitis apud palacium maius Regium civitatis Barcinone ubi Regium hoc archivum constructum est ab ipsis carceribus liberatus fuit cum sententia per predictum Reverendum inquisitorem promulgata in eius favorem attenta maxima deffensione huius homini christiani natura et non ex stirpe judeorum quem aliqui falso accusarunt nam illi falsi testes prætendebant ipsum argentarium perperam dixisse se non credere esse paradissum infernum et purgatorium. Est nam in ipsa sententia exaratum quod novem probi homines christiani natura quos in testes predictus aurifaber produxerat unanimter et medio juramento ad Sancta Dei quattuor evangelia manibus eorum corporaliter tacta et juxta canonicas sanctiones eorum depositiones facerent quippe qui dixerunt se credere prædicta verba hereticalia per prædictum argentarium quem catholicum in fide esse videbant nunquam prolata fuisse quia talia verba nunquam catholici pronuntiant sed heretici et damnati. Et prolata prèdicta sententia fuit eidem per ipsum inquisitorem injuncta penitentia quod per sequentem diem dominicum ipse argentarius sine calciamento et cum sola tunica ac uno in manibus cereo accenso tenens officium divinum ac missam maiorem pedes audirent ut fecit. El scitote quod predictus reverendus inquisitor priusquam predictam sententiam

promulgaret convocavit magnum consilium in jure peritorum XII numero in sacra pagina professorum et XII numero in jure canonico doctorum eiusque lecta inquisitione recepta adversus prædictum catholicum aurifabrum et habitis ac collectis votis prædictorum XXIIII seniorum ac jureprudentium memoratam protulit sententiam nemine discrepante. Quæ quidem sententia in et pro huiusmodi re lata est annotatione ac memoratu digna.

Et nihilominus die anno mense et loco præfatis Manuel Guasch tinctorarius civis Barcinonæ se purgavit canonica purgatione quemadmodum fuerat et injunctum adhibita ipsi penitentia loco modo et forma prædictis.

Sententia adversus hereticos in fuga arreptos Christi imaginem verberantes ac vituperantes.

Rem nephandissimam ac in hac urbe Barcinonæ inauditam sceleratissimi neophiti perpetrare non dubitarunt in Jesum-Christum et eius sacratissimam matrem semper virginem Mariam et propterea Reverendus frater Alfonsus Spina inquisitor præfatus processum (ut est de more) adversus hos sceleratos fieri mandavit. Tandem lata ac publicata sententia die XXIII maii anno a nativitate Domini MCCCCLXXXVIII in præmisso cadafallo facto apud plateam Regis supra scriptam ubi prædictæ tres mulieres una cum viginti

statuis duplicatis condemnatæ fuere et in ignem combustæ notarius huius Sanctæ inquisitionis per me P. M. Carbonellum Regium Archivarium rogatus et requisitus depromere et tradere curavit mihi eidem Archivario ipsam sententiam latam tam contra Franciscum Vitalem filium Francisci Vitalis quondam mercatoris et Violantem uxorem Guillelmi Fabra curritoris auris quam etiam contra plures alios in huiusmodi peccato nephandissimo intervenientes et consentientes jamdudum ab hac urbe in fugam arreptos. In qua quidem sententia vernacula lingua hæc verba comperi in effectu inter alia que brevitatis gratia omittere mihi placuit.

Los dits Franci Vidal e la dita Violant muller del dit Guillem Fabra ensemps ab molts daltres aqui nomenats se applegaren un dia en una casa daquesta ciutat e en gran vituperi e scarn de nostre Redemptor Jesu-Christ prengueren un crucifix de fust e aquell lansaren per terra e calcigaren ab los peus fangosos uns apres altres e hu dells ab una correja despasa assotava dit Crucifix e un altre dells prenia fanch e lansavel en la fas del dit Crucifix e un altre dells faea altre presonatge ço es que prenia la sua ma e metties aquella en la boca a manera de trompa trompejava e apres nos fartaven tots de pendre lo dit Crucifix e ab gran avalot lo colpejaven en tant quel lansaren per la scala avall e hu dells com a scelerat no dubta de dissimularse ço es que fingia per scarn que ell era la Verge Maria e ab gran attreviment no dubtuva dir. — Yo so la Verge Maria no haveu vergonya e temor de

·Deu de fer aquestes coses tant damnatissimes. — E venian apres los altres e no dubtaven de dir e respondre. — Per ço les fem com nos ve be. — Et de his hactenus.

Die decimo januarii anno a nativitate Domini MCCCC octogesimo nono fuerunt græmio Sanctæ matris Ecclesiæ reconsiliatæ secrete apud Regium Palatium memoratum Elionor et Isabel filiæ supra scripti Petri Badorch reconsiliati.

Álio die scilicet lune IX mensis februarii anno a nativitate Domini MCCCCLXXXIX festo divæ Apolloniæ fuit facta alia publicatio adversus hereticos in heretica pravitate depræhensos. Cuius quidem publicationis tenor talis est.

Jam ruminatis inquisitionum processibus per Reverendum patrem inquisitorem fratrem Magistrum Alfonsum Spina memoratum et quosdam in utroque jure professores et prolata sententia adversus Antonium Raimundum Corronum bibliopolam Joannam conjuges et Michaelem Socarrats cotamalarium cives prædictæ civitatis nec non adversus subscriptos profugos loco quorum statuæ decem ut est de more factæ fuere quos quidem tres et profugos pro hereticis condemnatos peractisque prius apud plateam Regis prædictam cadaphallis sermonesque et aliis serimoniis quæ die festo divæ Julianæ ibidem factæ extiterant quemadmodum supra scribuntur sic condemnatos Curiæ seculari e vestigio tradere non dubitavit inquisitor memoratus.

Et his complectis ipsi tres condemnati cum magna populi caterva associati una cum prædictis X statuis ad locum supra scriptum ubi heretici concremantur iter arripuere modo et forma predictorum aliorum damnatorum et illic fuerunt una cum statuis per carnificem strangulati prius et confestim eorum corpora in cinerem reversa. Quorum animæ si in fide Christi ut fertur e corporibus exiere in pace semper requiescant.

Nomina vero illorum et illarum pro quibus statuæ prædictæ factæ et combustæ fuere sunt hæc quæ sequuntur.

Gnillelmus Jorda sedarius morabatur in platea Trinitatis.

Uxor prædicti Guillelmi Jorda.

Violans quæ fuit uxor Galcerandi Sunyer quondam mercatoris morabatur in vico Lato.

Blanquina uxor Gondisalvi veteramentarii morabatur in Callo judeorum.

Joannes Girgos Regius Scriba morabatur apud pagum vulgo dictum de la Cucurella.

Constancia uxor ipsius Joannis Girgos.

Dalmatius Cartella mercator pannarius vulgo botiguer morabatur in vico de Mari.

Guillelmus Costa curritor auris morabatur in platea Trinitatis.

Clara uxor Joannis Bonanatí mercatoris morabatur juxta cenobium de Mercede.

Isabel eiusdem Claræ neptis sive neboda.

Nicolaus Lybia mercator morabatur in platea Vini.

Uxor prædicti Nicolai Lybia.

Filia predicti Nicolai Lybia quæ est uxor cuiusdam cognomento Ferrarius qui moram trahebat apud Regnum Siciliæ.

Joannes de Beçols barbitonsor natu maior morabatur in vico vulgo dicto de la Bocaria.

Franciscus Andreas.

Joannes Andreas morabatur in vico de Beseya.

Violans uxor Bernardi Januarii oppidi Perpiniani.

Joannes Alfonsus Regius Scriba qui fuit secretarius domini Regentis officium Gubernatoris in Principatu Cathaloniæ morabatur in vico paleæ juxta plateam Novam.

Joannes Naves lusor morabatur in platea Trinitatis.

Manuel Naves sedaçarius sive sedacer frater cuiusdam cognomento Naves qui morabatur in predicto Callo.

Berengarius Gual morabatur in vico de la Tapineria.

Cabestany cognomento Sororius Joannis de Sent Jordi jam supra ex damnatis subscriptis.

Gabriel Arguens tinctorarius.

Clara ipsius Gabrielis uxor.

Isabel soror ipsius Gabrielis.

Joanna ipsius Gabrielis mater.

Galcerandus dez Valls morabatur in vico den Carabaça.

Joannes Balle morabatur in platea Trinitatis.

Simon Balle morabatur in vico de Mari.

Serventa cognomento Vidua morabatur in prædicto vico de Mari.

Isabel et Elionor eiusdem viduæ filiæ.

Uxor Jacobi Arguens tinctorarii.

Filiæ ipsius uxoris Jacobi Arguens.

Joannes Lybia morabatur in vico de Beseya.

Dalmatius de Queralto mercator morabatur juxta cænobium Sanctæ Mariæ de Mari.

Mater predicti Dalmatii.

Uxorque ipsius Dalmatii de Queralto.

Publicatio quatuor personarum in heretica pravitate depræhensarum facta in Ecclesia Barcinonensi die scilicet veneris XIII mensis marcii anno a nativitate Domini MCCCCLXXXIX.

Joannes Corro bibliopola filius prædictorum Antonii Raimundi Corro et Joannæ eius uxoris pro hereticis condemnatorum et concrematorum.

Isabel uxor Bartholomei Sartre bibliopolæ quem vulgo libratarium appellant.

Jacobus Corteyll frumentarius.

Clara ipsius Corteyll uxor.

Alduntia Cercossa vidua.

Isabel Beneta ipsius Alduntiæ filia uxor Dominici Carbonell botigarii non conversi sed ex natura christiani.

Ex his predictis sex scilicet quattuor mulieribus et duobus viris ipsi viri cum prædicta vidua et eius filia ut est de more a carceribus liberati fuere die veneris proxime dicto prætitulato XIII martii anno salutis MCCCC octogesimo nono pro audienda sententia co-

rum delictorum tanquam in heretica pravitate deprehensi ac convicti quam ipso die recedentes ab Regio palatio processionaliter supervestibus depictis induti ac mittras in capitibus eorum et earum deportantes et ad Sedem huius urbis Barcinonæ accedentes et in cadafali quod ibidem factum erat existentes et missam et sermonem ac totum divinum officium sic audientes sententiam ipsam ubi eorum delicta ac hereses describebantur patienti animo audierunt quaquidem sententia omnes prædicti sex fuerunt condemnati ad carceres perpetuos cum misericordia. Et his peractis præfatus Reverendus inquisitor cum comitiva sui alguazirii et aliorum suorum officialium et ministrorum associatus cruce erecta et cum prædictis sex reconsiliatis processionaliter ad palatium præfatum se contulit et ejus iussu ipsi sex reconsiliati supervestes et mittras deposuerunt et ad faciendam penitentiam duraturam per annum et ultra si ipse inquisitor voluerit in carceres prædicti Regii Palatii ilico se recluserunt scilicet ex prædictis sex Joannes Corro filius Antonii Raimundus Corro heretici condemnati Jacobus Corteyll Alduntia Cercosa et Isabel Beneta duæ vero aliæ mulieres scilicet Isabel uxor Bartholomei Sartre et Clara uxor Jacobi Corteyll quæ eum pastariis adi prædictam ecclesiam venerant nam in ipsis pastariis ægrotæ jacebant ad domos earum meritorum reversæ sunt ubi tanquam carceribus mancipato vitam agere tenentur quousque penitentiæ tempus compleverint fidejussoribus idoneis inde præstitis Reverendo inquisitori prefato.

Preterea anno die et mense proxime scriptis cum comitiva prædictorum sex reconsiliatorum ad carceres condemnatorum ad prædictam cathedralem Ecclesiam accesserunt sequentes qui post gratiam fuerunt reconsiliati gremio Sanctæ matris Ecclesiæ quorum nomina sunt hæc.

Elionor Jonquers vidua uxor Joannis Jonquers quondam argentarii sive aurifabri.

Eulalia ipsius Elionoris filia uxor Francisci Guerret supradicti carceribus condemnati.

Isabel uxor Gasparis Darnius.

Elionor uxor Joannis Raimundi Corro supra ad carceres condemnati.

Violans uxor Lodovici Alenya.

Joannes Sastre coraliarius.

Agnes vidua uxor Pauli Salvat variopolo quondam.

Mandina uxor Petri de Casasaia veteramentarii.

Francina vidua uxor Joannis Ballestarii quondam cortinarii.

Sequitur alia publicatio octo personarum in heretica pravitate depræhensarum facta in Ecclesia Barcinonæ die scilicet mercurii XXI mensis octobris festo XI millia Virginum anno a nativitate Domini MCCCC octogesimo nono.

Petrus Marimon dez Pla dicto lo Jugador.

Lodovicus Alenya.

Elionor uxor Lodovici Clementis.
Isabel vidua quæ fuit uxor Francisci de Sos.
Elionor Matamala concubina prædicti Marimon.
Petrus Marimon dez Pla natu minor. — Alduntia domicella. Ambo filii prædicti Petri Marimon.
Mundina uxor quæ fuit Christofori Bosch.

Et memoria tene quod præfatæ octo personæ modo et forma assueta et serimoniis ac solemnitatibus in primis factis condemnatæque carceribus perpetuis cum misericordia ad carceres sunt reversæ et ibidem per annum et amplius ad arbitrium prædicti Reverendi inquisitoris penitentiam sunt acturæ.

Processio intra tempus Gratiæ in civitate Tarraconæ.

Apud Ecclesiam Sanctæ Teclæ civitatis Tarraconæ reconsiliati subscripti qui illuc venerant ut est de more processionaliter peracto divino offitio ad monasterium fratrum prædicatorum situm extra et prope mænia ipsius civitatis Tarraconæ unde iter arripuerant cum eadem processione se contulerunt die sabbati XVIII mensis julii anno a nativitate Domini MCCCC LXXXIX quam processionem omiseram supra loco scilicet suo continuare. Quarum quidem personarum nomina hec sunt:

Reverendi domini Alfonsi Spina Inquisitoris memo-

rati ibidem cum sua Curia sive consistorio existentis mandato prius facto in ipsa processione affuerunt sequentes reconsiliati.

Andreas Colom.
Franciscus Vilagut tarraconensis.
Lodovicus Morato.
Joannis Gomis.
Gabriel Alenya.
Joannes Nicolaus Montisalbi.
Franciscus Garriga.
Gabriel Falco.
Paulus Sanctius sive Sanç Rividolms.
Tecla Alamanya vidua.
Angelina uxor Francisci Simo.
Beatrix uxor Francisci Vilagut.
Violans vidua uxor quæ fuit Gabrielis Colell quondam.
Blancha uxor Andreæ Colom.
Alduntia uxor Raimundi Ribelles de Monterubeo.
Beatrix uxor Gabrielis Torrents oppidi seu villæ de Alcover.
Francina Colom vidua.
Blanquina uxor Manuelis Ribelles Tarraconensis.
Blanquina Roja vidua uxor quæ fuit Bernardi Roig quondam villæ de Vallibus.
Clara uxor Lodovici Morato.
Violans vidua uxor Jacobi Morato quondam.
Elionor uxor Joannis Gomis.
Violans vidua uxor Gabrielis Alenya quondam oppi-

di seu villæ Montisalbi.

Francina Ferrera vidua uxor quæ fuit Raimundi Ferrarii de Busquetes.

Elionor uxor Francisci Bennaçer villæ seu loci de Falcet.

Isabel uxor Pauli Sanç.

Isabel uxor Francisci Rams Rividolms.

Omnes prædicti sunt neophyti seu conversi lares habentes in Archiepiscopatu Tarraconæ.

Peracta præmissa processione et jam antea ad instantiam fisci procuratoris exaratu processu et promulgata sententia per præfatum Reverendum inquisitorem adversum proxime nominatos reconsiliatos ut est moris idem reconsiliati flexis genibus coram præfato domino inquisitore abjurarunt in hæc verba vernacula lingua concepta. Et facta abjuratione predictus Reverendus inquisitor de articulis fidei Sanctæ Catholicæ eos certiores fecit legendo prius qui ad divinitatem pertinent deinde qui ad humanitatem ita quod sic in fide instructi et exacta penitentia ad proprios lares rediere.

Forma abjurationis.

Nosaltres Andreu Colom Franci Vilagut etc. (describantur gradatim nomina prædictorum) conversos tots del Archabisbat de Tarragona de nostra libera franquea

agradable e spontanea voluntat abjuram detestam renuntiam apartam e lunyam de nosaltret tota e qualsevol heretgia e en special aquesta de que som infamats e testificats la qual nosaltres havem confessada ço es de judeiçar e de guardar e observar les cerimonies de la Ley de Moyses e fer los ritus e cerimonies e les solemnitats dels jueus les quals en special quiscu de nosaltres ha confessades les quals mes largament son contengudes en la sentencia que contra nosaltres ses donada e declarada e confessam de la nostra propria boca ab pur e vertader cor la Sancta fe catholica la qual te preica segueix monstra e ensenya la Sancta mare Esglesia de Roma e aquella tenim volem e promettem tenir e seguir e en aquella volem perseverar e morir e nunqua nos volem apartar ni partir de aquella. E juram per nostre Senyor Deu e per los seus Sancts quattre evangelis davant nos posats e per lo senyal de la Santa Creu ✠ de star e esser subjectes a la obediencia del beneventurat mosenyer Sanct Pere princep dels Sancts Apostols e Vicari de nostre Senyor Deu Jesu-Christ e del nostre molt Sanct Pare Innocent Papa vuyte lo qual vuy en dia regeix e governa la Sancta Esglesia catholica e apres dell als seus successors que a ell canonicament succeiran e de nunqua james apartar nos e lunyar nos daquesta obediencia per alguna persuasio heretica e en special per aquesta judaica heretgia. E per tots temps perseverarem e starem en la unitat e congregatio de Sancta mare Esglesia e serem tots temps en defensio de la Sancta fe catholica christiana e perseguirem tots aquells qui contra aquella se-

ran ne veuran e manifestarem e publicarem aquells e james nons ajustarem nins applegarem a ells ni ab ells ni creurem en llurs vanes e folles creençes ni en llurs dits ni en llurs obres ni los reebrem ni acullirem ni los defendrem nils consellarem ni favorirem directament ni indirecta publicament ni amagada per obra ni per senyal ni per algun dit. E si contra aquestes coses en algun temps farem o veurem volem que caygam e encorregam en pena de relapsos e siam malaits e excomunicats e ab los heretges deputats al foch e ab los condemnats siam porcioners en lo infern.

Et præinserta abjurationis forma in aliis reconsiliatis tam in hac Catalanorum provintia quam alibi semper observatur licet hucusque nulla per me facta extitit mentio. Veniamus nunc ad alios reconsiliatos perpetuo carceri condemnatos per prædictum Reverendum Inquisitorem apud Urbem Tarraconam.

Die quinta martii anno a nativitate Domini MCCCC XC fuerunt reconsiliati et carceri perpetuo condemnati apud urbem Tarraconam.

Ferrarius Colell textor vellorum.
Alduncia eius uxor.
Joanna uxor Manuelis Torres Tarraconensis.
Isabel vidua filia den Macip filia cuiusdam cognomento Piera.
Violans uxor Francisci Piera villæ Falceti.
Beatrix uxor Gabrielis Ribelles villæ Falceti.

Elionor domicella filia Angelinæ Garriga pro hereti-ca condemnatæ.

Gispertus de Sancta-fide prædictæ villæ de Falcet.

Constancia Martines uxor Petri de Susana civitatis Barcinonæ.

Die veneris XIIII maii anno prædicto fuerunt reconsiliati et condemnati carceri perpetuo apud urbem Tarraconam.

Magister Lodovicus Ribellis chirurgicus villæ Falceti — Gabriel Ribelles barbitonsor — Joanna uxor Michaelis Benedicti — Lodovicus Ribelles jurisperitus Villafranchæ Penitensis. Omnes tres filii prædicti magistri Lodovici Ribelles.

Die veneris XII martii anno prædicto MCCCC LXXXX apud urbem Tarraconam fuerunt pro hereticis condemnati et combusti sequentes.

Manuel Torres textor velorum.

Angelina Garriga uxor Gabrielis Garriga officio vulgo nuncupato custurera utens.

Isabel uxor Petri Macip Tarraconensis pro heretico condemnati.

Constancia uxor Lodovici Ribelles chirurgici villæ de Falcet.

Eulalia uxor Francisci Garriga prædictæ villæ de Falcet.

Elionor Funes vidua uxor que fuit Gabrielis Funes loci de Riudolms.

Die mercurii vigilia anuntiationis sacratissimæ semper virginis Mariæ Dei matris qua computabatur XXIIII mensis martii anno prædicto MCCCCLXXXX apud plateam Regis urbis Barcinonæ factis serimoniis et actibus assuetis fuerunt Brachio sive Curiæ Sæculari traditi pro hereticis condemnatis hi duo sequentes qui ipso quidem die fuerunt combusti apud locum destinatum extra predictam urbem vulgo nuncupatum Lacuna sive Canyet.

Petrus Ballester coralarius.

Isabel uxor Antonii Ferrarii curritoris auris filia quæ fuit Jacobi de Sos quondam mercatoris tanquam heretici sepulti in prefato loco del Canyet.

Die autem prædicto XXIIII martii anno MCCCC in prædicta platea Regis scilicet in cadafallo ubi prædicti duo heretici pro sententia eorum audienda existebant fuerunt condemnati et Brachio seu Curiæ Sæculari traditi in statuis sequentes pro hereticis condemnati.

Gabriel Miro magister in artibus et medicina.

Blanquina ipsius magistri Miro uxor.

Bernandus Morvedre curritor auris morabatur in platea vulgo dicta den Camprodo.

Bernardus Benet curritor auris morabatur prope palatium Archiepiscopi.

Alduntia uxor Joannis Valls botigarii morabatur in vico de la Tapineria.

Francina uxor Leonardi Benet.

Franciscus Badia textor velorum filius cuiusdam texillarii sive deuer qui morabatur in platéa Trinitatis.

Blanquina uxor Raphaelis Monço.

Euphrosyna uxor den Marques neptis sive neboda den Sentmanat.

Franciscus Falco mercator et eius uxor in vico vulgo dicto den Gimuas.

Alduntia uxor den Garret quondam.

Bernardus Jacobus mercator et eius uxor.

Lodovicus Vitalis mercator et eius uxor.

Galcerandus Castell coralarius et eius uxor.

Gaspar Vinyes mercator morabatur in vico dels Ollers.

Gabriel Petrus mercator morabatur in vico de Beseya.

Violans uxor den Colomer mercatoris morabatur in Callo vulgo dicto lo Call.

Gabriel Mercader olim Locumtenens Thesaurarii.

Angelus conversus morabatur in vico dels tres llits.

Beatrix uxor Joannis Scales quondam

Gratiosa et Columba filiæ Gasparis Domenech Sedarii quondam.

Gaspar filius Gasparis Domenech.

Gabriel Bellcayre.

Lodovicus Bellcayre.

Antonius Serra morabatur in vico de Mari.

Marcus de Parets mercator filius Bartholomei de Parets.

Quidam cognomento Bonanatus curritor jocalium morabatur in Callo dicto vulgo den Sanahuja.

Isabel uxor Baltasaris Foguet barbitonsoris morabatur in vico vulgo dicto dels Banys nous.

Elionor filia Francisci Scales soror Raimundi Scales reconsiliati.

Joanna Besaluna uxor quæ fuit cuiusdam cognomento Besalu Senioris.

(1) Hæc et sequentia scripsit Franciscus filius meus in suæ juventutis flore ideo si non sunt bonis litteris scripta taceat suturator et bilinguis.
En efecto, toda esta correspondencia con Vilar la copió el hijo, y á su inesperiencia se debe la poca correccion que en ella se nota.

Vallensis quo ad præpositionem penes de qua tecum iam pridem sermonem habui et ut morem tuæ geram voluntati quod in ea sentio dicam paucis. *Apud* te *penes* te in hoc differunt testibus festo Pompeio ac Laurentio Vallensi quod alterum personam et locum significat ut *apud* Platonem *apud* forum. Alterum personam et dominium ac potestatem ut pecunia est *penes* me in mea potestate seu dominio. Aliquotiens transfferimus ad res incorporeas ut laus vel vituperatio periculum seu commodum penes te est. Et nihilominus eleganter et melius dici videtur *apud* Papam advocati faciunt orationes et non *coram* Papa. De mense *maii* si duplicato ii vel unico i in genitivo scribundum ac pronuntiandum fuerit nec ne aliquantis perhesito verum ipse id nomen *maius* in genitivo *maii* duplicato ii scribere consuevi. Tu vero doctior me .indoctum sub hac te dubia doctum certissimumque efficias admodum obsecro. Deinde libellos quibus elementis Barcinona scribatur et de viris illustribus totius Hispaniæ quos Hieronymus Paulus in sua adulescentiæ aetate non immerito effectus iureconsultus egregius latinisque litteris et græcis præditus edidit elegantissime tibi commodato concedo. Igitur eos et huiusmodi epistolam una ad te mitto. Vale et perdiu vivas cum secundorum ubertate successuum. Apud civitatem Barcinonam IIII iduum junii anno jubileo 1475.

Fol. 240 v.

Joannes Villarius Petro Michaeli Carbonello tabellioni apprime docto S. P. Forte miraris suavissime Petre quod tuis litteris non iniucundis quidem tam diu respondere distulerim sed desines quidem mirari si forensibus causis me implicitum occupatumque memineris quod per hosce dies magis magisque contigisse scire te velim. Nam ut omittam cætera de Urgellensi diocese causa quæ me sane complures dies distenuit occupatum delata fuit æquo animo itaque feres si tuis litteris uti decuit evestigio non responderim nam deffuit facultas rei conficiendæ non defuit voluntas. Si cui nam per amicitiam debeo debeo certe multis tibi profecto præ cæteris debeo *Tecum etenim longos memini consumere soles et tecum primas epulis decerpere noctes.* Sed hæc satis. Per gratum est quod de verbis penes et apud scribere libuit atque id quidem maxime quod Festi Pompei auctoritate es fretus quem ego castigatissimæ disciplinæ fideique probatæ semper esse putavi. Sed accipe maximi jurisconsulti Ulpiani testimonium in hæc verba *penes* te amplius est *quam apud* te nam *apud* te est quod qualitercumque a te teneatur *penes* te est quod quodam modo animo possidetur. Quod vero hæsitari abs te dicis utrum verbum hoc *maii* dupplici i. genitivo casu an simplici conscribi oporteat ne dubita quidem cum duplici uti tu

etiam conjicis scribi oportere quam rem mihi tam aptissima foret Prisciani Cæseriensis et aliorum veterum testimonio verbis pluribus confirmare sed in re tam nota longum esse non decet. De te iam illud in carmine dici licet *Scis etenim iustum gemina suspendere lance et potis es nigrum vitio præfigere theta.* Libellum quem de verbo Barcinona quo pacto quibusve elementis scribi oporteat et unde id nomen natum sit Hieronymus Paulus accuratissime edidit. Item et alterum de viris illustribus totius Hispaniæ quos commodato seu maius precario mihi concesseras tibi restituo. Si tibi per ocium aliquando licuerit mihi transcribere illum ut verum urbis nostiæ cognomentum apud me perpetuo sit gaudebo eiusque rei non immeritam referam gratiam. Sed redeo ad Hieronymum lætor eius adulescentis potius quam viri tam lepida tam ornata tam elegantia ac simul probatæ fidei scripta vidisse. Non immerito mi Petre nescio quo impetu in illum ferebar adeo ut amarem hominem nedum diligerem. Fit nanque nescio qua natura mea ut in eos quos litterarum et rerum antiquarum sciam amatores quasi quodam impetu amoris efferar. Augurabatur animus quod nunc tandem in illo conspexi imaginem veterum scriptorum in hoc uno Barcinonensi videor intueri ut vere dicere possim ecce alteram Spem Hispaniæ Dii illum superstitem faciant nam nisi animus me fallit dabit aliquando maiora futura quidem sibi suisque patriæ et genti ornamento maximo et decori. Vale datum Barcinone XIIII calendas julias. Iterum vale.

Fol. 241.

Petrus Mich. Carbonellus Joanni Villario P. S. Jam hoc mane apud nostram tabernam notulariam de elegantissimis litteris tuis in laudem Hieronymi Pauli dignissimi et de meis inornate exaratis ac virtute moribus et scientia ipsius Hieronymi multa et varia transegimus quæ a nobis quoquo modo peracta obliterari nequeant. Vidisti nanque o Joannes clarissime litteras suas et meas quibus elementis Barcinona scribunda sit. Nunc vero ad tuam humanitatem mitto Genealogias Aragonum et Siciliæ Regum et comitum Barcinone quas edere brevi sermone in tabella quam gnatus meus tibi reddet magnis et lucubrationibus scribere curavi. Eam igitur perlegito et quid in ea senties ad me tuæ doctrinæ amatorem quum tibi libuerit rescribito. Vale Vale et me ama ut facis. Apud civitatem Barcinonam XIII calendas julias anno jubileo raptim.

Joannes Villarius P. M. Carbonello salutem. Redditæ sunt mihi litteræ tuæ quas gnatus tuus (1) puer profectu mihi etiam pro meo in te amore et illius præclara indole præcharus detulit et simul etiam tabellam

(1) Is gnatus erat Franciscus proprio nomine appellatus

pergamenam (1) de genealogia nostrorum Principum. Visa sunt convenire omnia delatoris modestia et gratia quædam cum puerili pudore coniuncta litterarum tuarum lepos et suavitas mirum tabellæ ipsius et argutum artificium. Quamvis enim et genus et prosapiam tantorum ac prope dominorum principum non incognita haberem tamen id ipsum explica *tuis* quasi re ipsa ante oculos posita abs re intellexisse voluptati fuit quippe quoniam non sim *inscius* eam inte severitatem esse solere ut nihil nisi quod optime sit exploratam litteris mandes *Tibi recto vivere talo ars dedit et veri speciem cognoscere calles*. Verumtamen abs te scire velim prior omnium ille Barcinonnis Comes cognomento Guifredus quibus parentibus qua familia ortus fuerit nisi dixerimus illum descendisse de cœlo ut de tertio Catone non insulse Juvenalis poeta dicebat. Quam obrem tantæ tamque illustris prosapi et primores stipites ignorari minime ferendum putem ut enim apud Aristotelem bellissime scriptum est *Scire ununquodque tunc arbitramur quoniam causas eius et principia cognoscimus usque ad elementa*. Si quid igitur de ea ipsa re fide dignum compertum habes id mihi ut innotescat tua solita diligentia atque humanitate efficere stude. Vale et me ama. Data Barcinone XI calendas julias.

---

(1) Tabella pergamena et non pergamenea ut barbari notarii in eorum notules quotidie scribunt.

Fol. 241 v.

Petrus Mich. Carbonellus Joanni Villario P. S. Litteras tuas non levinas sed omni armonia et suavitate refertas accepi quibus intellexi quod de genealogia nostrorum principum edidi tibi voluptati esse in facto Barcilonis Comitis cognomento Guifredi ad causas uniusque rei et principia dinoscenda in testes producere studuistis quum desit quibus parentibus qua familia Comes ille ortus fuerit. Cupis ergo doctor egregie quod super tanta tamque illustre prosapia ac eius primore te doctiorem efficiam. Respondeo haud indignum esse ad juvenalis et Aristotelis ac aliorum qui in pretio habentur doctrinam et vestigia assequenda nos vacare summopere. Sed non semper id fieri valet præcipue in tam maxima ac vetustissima Regnum et comitum genealogias de quibus plerique litterati viri cum alii vernacula lingua tum et alii latina multa scriptitarunt et id quod scire cupis et ego etiam cupio omiserunt. Ipse igitur rerum antiquarum amator non modo unum sed etiam complures codices circa hanc rem volvere et revolvere curavi Hieronymo Paulo apprime docto suffragante et me etiam edocente a cuius fracmentis hæc et alia non minus valentia luculentissime dedici et id primoris et etiam aliorum nostrorum principum a quibus parentibus et familia originem traxerunt forte scripsit nemo. Si de uno ad alium usque ad

primorem retrogradando tendamus in infinitum erit progressus. Quando quidem ut Aristoteles ait Æticorum lib. V. *Quædam sunt ut de ipsis lex ferri non possit itaque decreto opus est nam indiffinita est regula* quemadmodum in his dicendum puto. Hæc vero quæ antiquiores de ea genealogia nobis tradiderunt (ut vidisti in eius tabella a me tibi precario concessa) diggerere perdiu studui. Verumenimvero si quid reconditi in hac re senties meque dicere et scire opus esse putaris tu doctiori tu perspicatior tuque rerum antiquarum rimator acutus ad has litteras statim mihi rescribito. Nam ideo mihi gratius facere nihil potes. Vale meque mutuo diligas apud urbem Barcinonam X calendas julias anno jubileo.

CORRESPONDENCIA CON GUILLERMO FUSTER.

Fol. 253 v.

Epigramma huiusmodi venerabilis et honestissimus frater Guilielmus Fustarius conventualis monasterii Sancti Hieronymi Vallis de Ebron Barcinonensis diocesis personuit et ipsum ad me Petrum Mich. Carbonellum notarium quem librum de dictis et factis Regis Alfonsi cum aliis operibus sibi accommodato dederam intra tempus pactum et promissum una cum dicto libro mittere curavit.

Jesus cum beato Hieronymo.

Optime vir Michael quem reddo sume libellum
Jn quo sunt multa quæ vellem corde reposta
Esse meo vel saltem nostro credita libro.
Sed sunt complenda quæ promituntur amico.
Non ideo potui conscribere quæ cupiebam
Janque vale valeantque tui quos diligo multum.
Nos tibi versiculos feci pro munere tantum.

Epigramma optimo viro domino
Michaeli Carbonello notario. Frater G. F.

Littere quibus respondetur predictis et librum restitutum iterum in commendam mitto et epigramma in quo nomen et cognomen meum contineatur fieri postulo aliaque resonantes.

Etsi librum accommodatum statuto termino mihi reddidisti tamen epigrammate tuo perlecto intellexi te volentem promissa servare aliquam ex eo particulam haud transcribere potuisse quod mihi admodum displicere exploratum habeas. Verum enimvero quod morem tuæ geram voluntati eum librum iterum tibi mitto et penes te esse volo quousque (1) repetam. Excerpe igitur mi frater Guilielme germane quæ tibi prodesse cognoris codices alios insuper digniores habeo qui tuo semper servicio presto sunt ac parati. Nunc autem mihi in mentem venit quod postea quam versiculos ita lepidissimos ac charitate refectos mihi pro munere datos canere cœpisti quum eos quamplurimum estimem te alios flagitare non desinam. Nam certo scias in fine cuiuslibet libri seu operis manu propria scripti nomen et cognomen ac officium meum diem et annum

(1) Quousque et quamdiu adverbium temporis quousque et usque ad quem locum adverbium loci unde versus tempus sive locum die significare quousque.

apponere consuevi non arrogantia aliqua (ut plerique asserunt) sed æquo animo in exemplum posteris. Quod Gasparinus Bergomensis in prohemio sui commenti super Senecæ epistolis non abhorret immo laudat et ait *Solent itaque omnes qui de huius ratione prohemium construunt tria fere enumerare in quibus non parva rerum de quibus dicendum est illustratio continetur. Aiunt quidem ipsi imprimis et auctoris et operis nomen explicandum quo melius inteligatur quod a quoquam de rebus maximis disputetur. Nam ut sæpe auctoribus ex eorum sententiis ita plerunque sententiis ex auctoribus gravitas venit.* Eam obrem ego indignus librorum transcriptor his virorum illustribus qui prohemia ac libros componunt in omni librorum transcriptione assimilari aliquo pacto cupiens nomen meum cognomenque et officium ac diem et annum circa finem cuiusque operis æquo animo in exemplum obtitere non valeo. Præterea his in futurum cognitis qui libros manu mea scriptos conspicient animos aliquatim per oblectabunt. Et nihilominus id facio quod plerique tabellionum ac virorum huius urbis Barcinonis qui ocio et voluptatibus dediti sunt et nec artem oratoriam nec orthographiam ac demum nihil boni scire student videant et intelligant me Carbonellum ita uxoratum magnaque familia sarcinatum redditibusque carentem et ingenti labore his in fluctibus viventem cuius officium non transcribendi est sed contractus ultimas hominum voluntates et inditia studendi et conficiendi tempus non perdididisse immo illud non modo in tabellionatus officio sed etiam in libris et aliis in Dei

laudem transcribendis et componendis satis atque satis et maximis lucubrationibus ac matutis auroris (hec matuta te per aurora) collegissa et inseruisse ne mulierosus (1) nec tericusque desiduo longo tempore persisterem. Et id boni quoad vixero Deo favente agam et prosequar in exemplum. Hortor et obsecro iccirco te magnopere ut epigramma aliquod in quo sint nomen et cognomen meum ac civitas Barcinona unde ortus sum in Christi Jesu verissimum numen præclaro ingenio tuo quam primum fieri poterit componere cures. Vale et me in devotum tuis devotis orationibus alliges Barcinone quinto calendas aprilias anno jubileo 1475.

Tuis dignissimis orationibus deditissimus P. Mich. Carbonellus tabellio.

Epigramma. — Devotissime religionis fratrum Sancti Hieronymi Vallis-Ebronis fratri Guilielmo Fuster necessario suo prestantissimo.

---

(1) Hoc non sine causa dixi quare natura maxima habui et habeo libidinis inclinationem et certo scio quod si scribendis et componendis libris et aliis deditus omnino non fuissem nedum libidine sed etiam aliis peccatis irretitus essem. Et ideo diebus dominicis et festis aliisque diebus quibus scripture seu studio vacare possum vaco vitamque solitariam domi amplectendo ne cor meum vanis turbetur et Dei maiestas offendatur.

Fol. 257 v.

Epigramma. . . . . . Amico summo viroque doctissimo Petro Michaeli Carbonell tabellioni.

Jesus cum beato Hieronymo.

Petro Michaeli Carbouelli frater Guillermus Fuster in Christo salutem. Unas tuas litteras vir doctissime multa suavitate refertas nuper accepi. Quare miraris in primis me apud Servium grammaticum eam regulam comperisse scilicet. Est græca figura si dicamus Æneas Anchisæ et subaudiamus filius et cetera mihi pergratum erit si tu ipse hanc legere velis in commento eiusdem Servii in principio fere primi Æncidos in expositione horum verborum *Aiacis Oylei* scilicet ut et iis que dixi plenius fidem habeas. Credo magistrum Luisium de Hispania summum mei amicum a quo Juvenalem audisti commentum habere huiusmodi quem etiam his de rebus (quia maximos audivit apud Italiam oratores) consulere pòteris et quem tibi habes amicissimum juris interpretem Franciscum Cassagiam laureatum ut scribis poetam. Ego autem sic a meis preceptoribus (nisi fallor) accepi latine etiam dici posse satisque trita locutio est juxta eiusdem Servii sententiam quo sepe libenter utor Jacobus Publicii a quo poeta et oratore optimo multa olim apud Valentiam me

audisse recolo sese ad Galias contulit. Tu vero quod a tuo contribulo persuasum est tibi (si vis) tantum accipe. Diversi enim cunctis in artibus diversa sentiunt atque loquuntur. Iis quattuor versiculis quos tibi super edideram alios quattuor addidi. Arbitror nunc in his octo quæ petieras concluisse. Bene vale et tuis (oro) domesticis me summopere recomenda prælato quoque magistro Luisio me quam poteris comendato. Apud divum Hieronymum de Valle Ebronica idibus mai 1475.

Est Petrus Michael mihi nomen fonte tributum
Baptismi cognomen Carbonellus habetur
Sum Barcinone natus nutritus et urbe
Cuius publicus exto tabellio regius atque
In qua conscripsi quem cernis post ea librum
Anno quo multis iubileum Roma dedisti
Tunc Rex vivebat (revocata pace) Joannes
Reddo tibi grates quas possum Christe redemptor.

Fol. 257 v.

Epigramma . . . . . . Clarisimo viro ac devotionis eximiæ fratri Guiljelmo Fusterio ordinis Sancti Hieronymi Vallis Ebronis in agro Barcinonensi.

Lepidissimæ litteræ tuæ mihi redditæ fuere. Quibus ob negotia quamplurima curamque familiarem vix res-

pondere nequeo sed paucis quod volo tibi amico dicam. Tu versiculos octo mei gracia edidisti primo quatuor ultimo alios quattuor comprehenderentur nominibus ac officio meis omnino proculpulsis. Nam in his nihil aliud a te flagito nisi quod cognomine quod mihi Carbonello est nomine item urbis unde editus sum et quod ego fui scriptor modo utaris magnopere hortor et obsecro. Miror admodum quare egregium virum Franciscum Cassagiam non immerito commendandum more oratorio (ut decet) postquam de sua multifariam doctrina ad te scripseram et tibi amicus esse desyderat haud commendasti. Commenda igitur ipsum et litteras sibi ostendam. Verum tamen non omittas quod litteræ tuæ ut aliæ non sint absque nomine quoniam in illis nomen et cognomen tuum omisisti. Cum domino Lodovico Hispania de his que inter nos dubitatio orta est verbum faciam adeo ut me dubium indubiumque ac certissimum (ut spero) efficiat. Vale Barcinone mai idibus annoque jubileo.

Tibi deditissimus
Carbonellus.

Ad devotionis eximie virum religiosum fratrem G. Fusterium aqud Ebronium Cœnobium.

Devotionis eximiæ fratri G. F. Petrus Michael Carbonellus P. S. Nequeo satis atque satis mirari vir egregie de ingratitudine tua quam in me committere non

erubuisti diebus proxime dimisis hanc Barcinonam urbem venisti et gressus repente faciendo ante tabernam meam scriniariam ubi presto eram more insolito nec me saluere nec quicquam de te propalare voluisti quod mihi iniucunditati fuit ac dividiæ cum propter tanti viri religionem tum propter scriptoris mei iurati in te susurrationem tum etiam ob amicitiæ integritatem quæ id repelli jubet. Fac igitur ut hoc crimen citius purges si amicitiam servare cupis. Præterea de te plurimum admiror qui Christi Jesu sacratissimi aut divi Hieronymi vel tui cænobii arma deposuisti et fabri lignarii armis ita fungeris et gaudes. Rejice rejice si placet hæc mundialia arma et alia quæ prædixi (ut probum ac devotum religiosum decet) accipe et deinceps in epistolis exarandis asciam seu arma talia non imprimas nec cupiam mittas sed potius ea delitescas. Vale et crimen purga si me amas. Barcinone XI calendas julias anno jubileo raptim. Cassagia vir ille egregius et ipse circa festum aliquod mensis proximo venturi Deo duce te visitare proposuimus. Iterum Vale.

CORRESPONDENCIA CON GERÓNIMO PAU.

Fol. 276.

Epistola quibus elementis Barcinona scribi debet solicite inquirens.

Petrus Michael Carbonellus tabellio Barcinonensis Hieronymo Paulo Cæsarei iuris professori contribulo suo P. S. D. Nequeo satis atque satis mirari vir egregie de barbarie quorundam concivium Barcinonensium qui absque ratione aliqua et fundamento peritorum verba plurima non modo inepte scribere et pronuntiare non erubescunt immo si quos emendate scribentes vident ac ab eorum imperitia alienos audent stolidi eos obiurgare ac illorum doctrinam velut hæreticam detestari nec tantum profecto doleo quod iniuria docti reprehendantur quam quod ipsi ignorantiam appetentes rudes indoctique persistant. Accidit nuper ex collegio nostro versipellem quempiam (quoniam vidisset me urbis nostræ nomen per C. exile scripsisse) chachinno pene crepuisse. Aiebat enim homo illitteratus usum in ea dictione scribenda servandum esse asserens a septingentis annis citra sic scriptam in publicis instrumentis comperiri sed quare ea tempora semibarbara

fuisse sciebam nihili eius fundamentum existimavi sed querens si ante divi Constantini tempora hoc urbis nostre nomen per C. aspiratum apud quenquam auctorum adinvenisset et quoniam in se nescire diceret et si sciret se non curare iratus inscitiæ hominis eum reliqui. Nunc te vehementer oro ad me escribas quomodo id urbis nostræ nomen scribendum esse sentias et an aspirari in eo nomine C. littera debeat necne. Vale et me tui observatissimum ama. Barcinonæ calendis februariis anno salutis MCCCCLXXV.

Insiguiendo el plan que nos habiamos propuesto de dar á conocer en esta obra solamente la parte inédita de los trabajos debidos á la pluma del infatigable archivero, debiéramos omitir en este punto la importante contestacion dada á la carta que antecede por el primo de Carbonell, el reputado jurisconsulto y literato Gerónimo Pau, por haberla dado á luz en su *Marca Hispanica*, como dato para corroborar la etimología de Barcelona, el sabio Pedro de Marca arzobispo de Paris, quien al citar el nombre del espresado etimologista, cuya opinion es de tanto peso para Carbonell, lo acompaña con honrosos calificativos, que son la mejor prueba de la importancia que mereciera en el mundo literario: *Hieronimus Paulus vir gravis et eruditus*; pero como Carbonell era pródigo en sacar copias de sus escritos, y hayamos observado alguna diferencia entre la reproducida por Marca, que ignoramos de donde la tomaria, y la que existe autógrafa en el códice de Gerona, tratandose precisamente en la misma carta de etimologías y desinencias ó terminaciones, para lo que se re-

quiere no omitir ni una sola letra, hemos creido indispensable publicarla aquí, tal como se encuentra en el referido códice, ya porque bajo este punto de vista puede considerarse como original inédito, ya por no interrumpir esta parte de correspondencia, acaso la mas interesante de cuantas componen esta seccion especial, que consideramos no menos como otro de los interesantes trabajos de Carbonell.

Fol. 276 v.

Epistola quibus elementis Barcinona scribatur prudenter respondens.

Hieronimus Paulus P. Michaeli Carbonello S.

Non mediocriter mea sententia errare videntur mi Carbonelle jureque reprehendendi sunt immo nec inter cives habendi qui nomina urbium in quibus nati alitique sunt scire haud impudenter negligunt. Quis enim non eum merito vituperet qui patris sui aut genitricis verum nomen ignoretur. Cum igitur patriam nostram nobis parentem esse sciamus et multa nos ei debere veterum scriptis manifestum sit turpissimum esse arbitror nomen parentis nostræ hoc est urbis in qua quotidie versamur pudentius ignorare. Et cum id scire omnibus profecto expediat omnesque contingat litteratis tamen viris id non ignorare per necessarium est tibique præcipue cum tabellio sis publicus et dietim nomen urbis istius te in instrumentis

apponere contingat die de more adiectis et anno. Hac fortasssis ipse occasione adductus tuis litteris petitis et obsecratis admodum ad te scribam quo nomine urbem istam a majoribus appellatam esse comperiam et an in ea dictione aspirari C littera debeat. Ad responsionem ergo veniens et primo (ut mihi videtur) absoluto postremum etiam (quod petis) notissimum fiet cum altero dubium ex altero (ni fallor) pendeat. Sed potius mihi quedam prænotanda videntur quo liquidius ordinatiusque ad solutionem petitionis descensus fiat. Propria igitur nomina animalium locorumve quæ neque Græcam neque Latinam derivationem aut analogiam habent a nostris grammaticis eo modo nobis scribenda esse traduntur quo apud priscos approbatosque auctores sive Græcos sive Latinos diligentius scripta invenerimus et id non sine ratione cum in barbaris dictionibus nec analogiam facilem cognoscamus neque etiam derivationem aut etymologiam. Áuctoritati ergo antiquorum necessario standum est qui cum proximiores fuerint ætati qua nomina ipsa barbara initium habuerunt præsumitur juxta eorum pronuntiationem litteris mutatis in Græcum aut Latinum vertisse quaudoque eas nostro more flectentes quandoque litteris tantum mutatis eas inflexas more barbaro reliquiisse ut credendum sit antiquissimos ipsos Græcorum veteres ubi videbant a barbaris nomen aliquot aspirate proferri id in Græcam vertentes litteraturam eo loco quo et barbari aspirari solitos esse. Testis est horum et Calagurritanus noster et prisci Latinorum grammatici referentes sæpius nostre ætatis orthographiæ autore Tortellio. Cum ergo nomen istud nostræ

urbis constet barbarum esse et non Græcum et ejusdem pene nominis legamus in Aphrica fuisse urbem quam jam Barcinonium caput appellant et Hastrubali etiam a quo forte urbs ista condita fuit Barcino cognomen fuisse Livius scripserit. Quærendum nunc ergo est quo nomine ab Græcorum et Latinorum majoribus hæc barbara urbs fuerit appellata ut eo etiam (per ea quæ supra memoravimus) a nobis appelletur. Sed prius ordo exigit his respondere qui audacius prædicant anilibus imbuti fabulis nomen istius urbis Latinum esse et ab Hercule cum Gerionem peteret conditam fuisse affirmant ab eo a nona ut aiunt barca cum ad ea litora sorte appulisset Barcinonam appellatam extitisse. Quæ omnia longe a veritate aliena esse arbitror cum nusquam hæc legantur et tamen ejus Ducis introitus in Hispaniam urbesque ab eo conditæ ab Diodoro Siculo et Pompeio Trogo diffusius scribantur. Nulla tamen apud eos hujus oppidi mentio habetur. Nec verissimile præterea est Herculem ipsum Græcum patrii forsitan sermonis oblitum nomine barbaro et Latino urbem in Hispania appellavisse. Barca enim non Latinum esse sed Afrum nemo ambigit pro eo dictum quod Latini musculos aut actuarias naves appellant. Nona fateor Latinum esse. Et ideo minime credendum est Græcum Ducem hujusmodi nomen urbi indidisse liciter et aliter contra hanc fabulam sequentes argui possit quod scilicet Barcino et Barcilon non Barcinona ut jam videbimus ab antiquis scriptum inveniamus. Superest hac insana opinione repulsa enarrare antiquos omnes auctores qui aut historias aut cosmographiam scripserint qua appellatione

hanc urbem de qua quærimus nuncuparunt. Primus omnium ut ipse comperio Pomponius Mela qui Augusti temporibus scripsit hujus urbis in secundo de cosmographia libro meminit sub his verbis *Inde inquit ad Tarraconem parva sunt oppida Blande Luro Betulo Barcino et rursus Rubricatum in Barcinonis littore.* Plinius postea Veronensis in quarto naturalis historiæ Hispaniarum oras discurrens sequentia scribit *In ora autem colonia Barcino cognomino Faventia.* In quibusdam autem antiquis Plinii codicibus Barcine invenitur et non Barcino. Et Paulus iurisconsultus *Barcinonenses* inquit *juris Italici sunt et paulo post idem jus et Valentini.* Et Dionysius Alexandrinus de Balearibus insulis loquens in hæc fere verba cecinit. *Altera quæ major est Tarraconam civitatem versus habet. Altera vero quæ minor Barcilonam contra potissimum septentrionem versa.* Claudius etiam Ptolomeus Græco sermone scribens sequentia edidit *Rubricati fluvii hostia deinde* Βαρκινων Occurrunt et recentiorum auctoritates. Antoninus Pius in Itinerariis *Hierunda Barcinonæ M. P. LXVI.* Et alio loco *Prætorio Barcinonæ M. P. XV.* Divus etiam Hieronymus in libello quem de illustribus viris edidit *Patianus inquit in Pyrinei jugis Barcilonæ Episcopus.* Et Paulus Orosius de Atphaulfo Gotorum Rege loquens ait *Apud Barcilonam a suis interfectus est.* Et Ilarius Papa hujus nominis primus ad Scanium Tarraconensem Archiepiscopum scribens ut in regestis Pontificum legitur meminit dicens *Remoto ab Ecclesia Barcinonensi et ad suam remisso Ireneo Episcopo sedatis per sacerdotalem modestiam voluptatibus quæ*

per ignorantiam ecclesiarum legum desyderant quod non licet obtinere talis protinus de clero proprio Barcinonensibus ordinetur Episcopus qualem te præcipue frater Ascani oporteat eligere. Ausonius etiam poeta ad Paulinum filium scribens ita locutus est *Quanto me affecit beneficio non delata quidem sed suscepta querimonia mea Pauline fili veritus displicuisse oleum quod miseras munus iterasti audito etiam Barcinonensis murae condimento cumulatus præstitisti.* Vidi et ipse Bononiæ mundi figuram tabulis antiquissimis et pene vetustate consumptis litteris quæ vix legi poterant in oris citerioris Hispaniæ scriptum *Barcino* atramenti colore non rubro quo arguitur oppidum istud tempore quo tabule ille depictæ fuerunt exiguum fuisse cum ibi Tarracon et Emporiæ minio scripte cernerentur quo colore magnarum civitatum nomina etiam hodie signari solent. Ex his omnibus apparet variæ hoc urbis nostræ nomen a priscis auctorihus terminatum fuisse ut et *Barcino* inveniamus et *Barcinon* quod sæpius ab antiquis in nominibus propriis tertiæ in omnibus desinentibus teste Prisciano usurpatum est ut dicatur *Ruscino* et *Ruscinon Tarraco* et *Tarracon Narbo* et *Narbon Castulo* et *Castulon* sicut plerunque in alia etiam terminatione fit cum inveniamus *Arar* et *Araris Hispal* et *Hispalis Tolos* et *Tolosa Nicia* et *Nicea Carcaso* et *Carcasona.* Et inde etiam *Barcino* et *Barcinona* qua plurimum terminatione Christiani auctores gaudent in urbium magnarumque civitatum nominibus ut pro *Vlyxippone* dicatur *Vlyxibona* et pro *Tarracone Tarracona* et pro *Ancone* in Piceno *Ancona* inveniatur etiam (ut vidimus)

rarius tamen *Barcilon* et *Barcilona* a Græcis prolatum quam appellationem et recentiores et vulgus sequitur *n* liquida in *l* muta quod quandoque fieri Cæsariensis etiam grammaticus firmat. Apud neminem autem scriptum comperio quod *c* littera aspiranda in ea dictione sit eum apud Græcos non per κ sed per χ scribatur. Sive ergo dicamus *Barcinonam* sive *Barcilonam* nunquam *c* aspirari debet.

Hæc sunt quæ de nostræ urbis nomine non segnius ab antiquis auctoribus scrutatus ad te scribere volui cum enim particeps mecum amoris sis participem te etiam doctrinæ esse convenit. Nunc te pro nostra amititia moneo atque obtestor ut istic diligentius explores si forte nomen urbis istius in antiquis marmoribus quæ plura intus vetus oppidum plura intelligo sculptum invenies ut et marmorum antiquorum auctoritas quæ non lenis habetur memoratis accedat auctoribus. Epigrammata etiam si qua repereris ad me antiquitatum amatorem mittito. Vale. Romæ idibus junii anno salutis MCCCCLXXV.

Fol. 278 v.

De fide marmorum quibus elementis Barcino et Tarraco scribi debeant epistola accuratius respondet Corbonellus.

P. M. Carbonellus publicus tabellio Barcinonæ Hie-

rouymo Paulo viro imprimis litterato P. S. D. Etsi mihi tuæ litteræ iocundissimæ sunt tamen jocundius fuit quod nomen urbis nostræ Barcinonis a pseudographis post divi Constantini tempora corruptum id suscitatum impresentiarum videatur quoniam antea huiuscemodi urbis insignis nomen ut auctoritatibus antiquorum qui in pretio habentur luculentissime apperuisti per C. haud aspiratum litterati scribebant tum etiam auctoritates ipse liquido corroborantur in antiquissimis marmoribus Barcinonis et Tarraconis intra oppida vetera reconditis que (ut ibi legerim) temporibus divi Aurelii Antonini in scripta fuere quem longe ante Constantinum imperasse exploratum habeo. Nam litteris tius perlectis ut tuæ morem gererem voluntati ad vetus oppidum Barcinonensium me contuli e vestigio et ad concivium ædes quaspiam ubi in pervetustissimis marmoribus non modo nostre urbis nomen absque aspiratione sed etiam Tarraconis duplicator et. a. ante et post sculptum comperitur. Quo sit ut ex inde in notis codicibus in et scripturis conficiendis tam per mei quam per alios qui hanc veram orthographiam servare imitarique voluerint huiusmodi nomina ut scripsistis scribentur. Tacebitur igitur homo ille neotericus ac versipellis quippe que procacius asserebat usum in ea dictione scribenda servandum esse meque novum eius auctorem dictionis per vicos et plateas prædicare non cessabat verum si tacere noluerit eum cum sua barbarie relinquemus postea quam te summum cosmographum et rerum antiquarum apprime studiosum aliosque doctissimos et approbatos viros in tuis litte-

ris exaratos ad rem nostram tutandam in testes produxerim. Præterea (ut spero) venient eminentiores viri imposterum qui tua et illorum doctrinam eximia commendationes dignissimam suscipere æquo animo curabunt. Ego vero indoctus tuam doctrinam mihi et posteris meis salutiferam tanquam matrem summis laudibus extollendam impresentiarum ac perdiu maximo cum honore reverentiaque amplecti non desinam. Sed si quod reconditum magis erit meque discere et scire opus esse putaris ad has litteras statim mihi rescribe. Vale et me tantum ama quantum te a me amari intelligis. Barcinone pridie nonas julias anno salutis MCCCCLXXV.

Fol. 257.

Jesus Christus.

Huiusmodi epistolam Petrus ipse Michael Carbonellus Barcinonius tabellio lucubratione una edidi adeo quod morem gererem voluntati amicissimi contribulisque mei Hieronymi Pauli jure consulti Barcinonensis qui me suis litteris monuit ut fingerem epistolam a se editam (ut infra post hanc a me edita et mihi directa) subscriptum Theseum ad me dedisse. Cuius rei causam is Theseus impresentia ignorat.

Theseus Benetus Ferrandus Valentinus Balearis juri Pontificio iugiter vacans Bononiaeque scholaris

Petro Michaeli Carbonello Catalano Tabellioni et nostri Hieronymi Pauli legum professoris contribuli et amicissimo integerrimo. P. S. Diebus haud longe dimissis (1) Tabellarius quispiam unas mihi reddidit litteras nostri suavissimi Hieronymi Pauli arguto omni artificio et claro ingenio ac doctrina maxime pollentes quæ non solum mihi sed circumspectioni tantorum doctorum et oratorum huius felsinæ antiquitus sic Bononia appellata est ut in antiquis codicibus comperitur. Urbis oblactamento et etiam prodigio fuere. Jam equidem de nostro Hieronymo dicendum puto speculum et decus Hæspcriæ totus est cuneta rimatur peraccuto et eleganti stylo quicquid vult dicit et ordinat absque labore. Qui vero cupit humanitatis studia et iuris Pontificii ac civilis doctrinam exhaurire pergat ad hunc Hieronymum ab eius quidem fonte sitibundus bibat et sitis citius extinguetur neminem ita adulescentem video sibi parem nec forte maiore actate confractum. Quicquid in eo est optimum censetur. Morali neque naturali philosophia indiget. Gratus est non modo diis deabusque sed etiam cunctis mortalibus qui ob tanti ingenii et doctrinæ suæ præstantiam uno ore hic predicant Beatus venter qui eum portavit et ubera quæ lactarunt vivat igitur in cum is jubar ecclesiæ quem

(1) Id ornatius dicendum puto superioribus diebus et non diebus non longe dimisis.

fore expectamus cum secundorum ubertate successuum. De his quidem satis. Cupio magnopere me tibi si non amicum saltem benivolum esse quum vera amicitia non sit latens ac inter ignotos causari nequit. Tu autem mihi innotus es et ipse tibi. Interim vero licet facie ad faciem te videre expetam sum paratus tuæ morerem gerere voluntati quotiens ad me scripseris. Et quamquam cardiaci ægrotatione laboro quæ mihi ad scribundum impedimento est tamen ut particeps mecum doctrinæ amorisque sis eam epistolam quam memoravi (cuius exemplum penes me est) tibi interclusum sub presenti mitto. Non mireris si is indignis elementis hanc meam epistolam transcriptor famulus meus scripserit quum ob meam invalitudinem scribere non valui sed eam emmendatissimam a me æditam comperies. Beno vale Felsinæ XVII calendas septembrias 1475.

Epigramma premissæ epistolæ tale erat.

Viro nasuto Petro Michaeli Carbonello tabellioni apostolico dignissimo Barcinonæ.

Epistole Hieronymi Pauli in premissis Thesei litteris enarrate tenor talis est quam is Hieronymus edidit per hec verba.

Hieronymus Paulus Barcinonensis Thesei Valentino Baleari S. Maxima lætitia amicorum suavissime su-

perioribus diebus afectus sum quum tuas litteras receperam quibus scripsisti te studiis litterarum deditissimum esse quod non tantum ex tua assertione quantum ex epistolæ tuæ lepore et ornatu mihi notissimum extitit vehementius etiam gavisus sum quod te sacrarum legum studio cunctis viribus vacare intelligam et iure pontificio quandoque oblectari in quo quidem peritissimum fuisse Ateium Capitonem auctor est Macrobius libro VII Saturnalium nunc obnixius oro frater humanissime accuratius prosequaris. Multa nam apud veteres de iuris civilis laudibus tradita plurima periculo ipso singularia esse cognoscimus. Quid enim ad istius disciplinae commendationem satis esse potest quum per eàm scire liceat ac intelligere quid aequum quid iustum quid sanctum quid religiosum quid utile quid honestum quid denique imitandum aut fugiendum sit. Per huiusmodi etiam studium Deum colere parentes revereri patriam tutari amicos servare inimicos ipsos tolerare hostes repellere quae sua sunt tueri alienis non inhiare per id quoque bonis premia proponuntur mali autem ab iniquis studiis et facinoribus coercentur. Ideo traditum est leges ipsas non hominum sed deorum inventum esse nihil etenim mortales ipsos inmortali Deo coniungere potest quam haec legum veneranda necessitudo quæ cum ipso traditæ sint nihil in se continent quo Deo dignum censeri non possit nec immerito sacrarum legum ministros antiqui sacerdotes appellarunt quasi sacra quædam heroicaque tractantes. Optime igitur adulescens clarissime a te optatum est sanctissimeque electum. Scio

etiam nihil gratius aut iucundius parenti tuo nuntiari posse quam te ad hæc nostra studia divertisse. Sed quædam nunc pro nostra amicitia moneo quæ in rem tuam in dies esse cognosces ea sunt ut postquam quinque quæ tantum supersunt ex deplorandis legum antiquis codicibus diligenti cura perlegeris horum quos enumerabo auctorem libellos revolves scio nam ad Ro. legum notitiam et eruditionem plurimum conferent eodem nam pene tempore fuerunt hystorici hi et jurisperitorum nostrorum clarissimi inde fit ut plura communia pertractent multarumque legum ortus explicent ac si qua obscura sint declarent et expediant imprimis tibi habende sunt Caii instituciones quas temporibus gloriosi principis divi Hadriani scripsit et Helii Pauli commentarii qui nuper Patavii inventi esse feruntur habendus præterea est historiarum pater Livius Ciceronis libri lectitandi omnes Quintilianus Tranquillus Cornelius Tacitus Lampridius Spartianus Capitolinus Gallicanus non omittendi nec salebrosus etiam Amnianus. Ex græcis vero Polybius et Appianus Alexandrinus et commentarii quidam græci qui in Justinianum codicem scripti sunt. Ex recentioribus autem meo concilio pauci tibi deligendi sunt præter nam eorum semibarbarum ac solutissimum dicendi genus multæ etiam ineptissimæ interpretationes ab eis æditæ sunt quæ liberalem quenque et ingenium ab eorum doctrina non immerito dimoveant nec mirum ita interpretati sint eorum nam ætate non modo dicendi elegantia sed litteratura ipsa vandalorum et gotorum eversione prope deperierat e

contra juris consultorum aetas florida passim fuit et eloquentiæ fecundissimis fontibus emanans quo modo igitur credendum est tersissima illa et elegantissima digestorum volumina ab hominibus omnis eloquentiæ expertibus. Immo pene ut dixi barbaris recte exposita ac comentata esse. Causidicos ergo excellentis ingenii plures fuisse et esse nunc quoque fateor jurisconsulti autem et que iura Romanorum percalleant nusquam invenientur que numero Thebanas portas exuperent. Bartolus ergo tantum dinus et Paulus quem Castrensem cognominant tibi pertractandi sunt hi nam ut pluribus videtur minus ab antiquiorum sententiis aberrant. Coeteri autem ambagiosis quibusdam districtionibus sese implicantes confusum quoddam et inexsolubile cahos pro doctrina contexerunt et more incirculatorum ac phanaticorum hinc inde debacchari divinare conantur. Postremo nec ipsi se se intelligunt neque misserrimi ipsi lectores solidæ ut aiunt doctrinæ quicquam exhauriunt sed superfluis ac inextricatis allegationibus glomerati perpetua ignorantia irretiti continentur. Sed quum plura dicere vellem finem imponere coegit Tabellarius noster Polibarbarus. Mitto ad te libellum de fluminibus et montibus Hispaniarum quem ipse edidi eum transcribi facies modico ære id fiet. Deinde cures obsecro præclaro poetæ Franc. Putcolano tradatur cui plurimum me commendabis phamigerato etiam præceptori Andreae Barbatiæ Messanenssi optime de me merito et salutes plurimas et eventus prosperos verbis meis dicito Joanni quoque Garzoni oratori per-

facundo et dulcissimis amicis Nicolao Emporitano et Hieronymo Lupio Valentino non vulgares salutes dicito Juliæ ac Theodoræ sororibns præclaris et litteratissimis mulieribus me enixissime commendato et memineris rogo si quos ediderint libellos ad me mittere. Hic et salubritas aeris est per totam urbem et prospera valitudo paucissimi peregrinorum sonticis morbis laborant. Tu bene vale et me ama. Romæ calendas augusti anno christianæ religionis MIIIIC LXXV fervente canicula.

Epigramma in premissa epistola tale erat.

Viro egregio Theseo Beneto Ferrando Valentino Baleari scholari peritissimo catalano Bononiæ.

ÍNDICE

TOMO PRIMERO.

De INFIRMITATE DOMINI REGIS JOANNIS ET EIUS

APÉNDICE AL LIBRO DE LAS EXEQUIAS.

TOMO SEGUNDO.

APÉNDICE.

Correspondencia con Juan Villar.

Correspondencia con Guillermo Fuster.

Correspondencia con Gerónimo Pau.

Huiusmodi epistolam Petrus ipse Michael Carbonellus Barcinonius tabellio lucubratione una edidi adeo quod morem gererem voluntati amicissimi contribulisque mei Hieronymi Pauli jure consulti Barcinonensis qui me suis litteris

FIN DEL TOMO VIGÉSIMO OCTAVO DE LA COLECCION, SEGUNDO DE LOS OPÚSCULOS INÉDITOS DEL CRONISTA CATALAN PEDRO MIQUEL CARBONELL.







